



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem  
Contagiosam Aliosqve Morbos**

**Wichmans, Augustin**

**Antverpiae, 1626**

Tertio Nonas Septemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9653**

*Quæque minus pretij, plus pietatis habet.*

Secuta est maritum suum Isabella Clara Eugenia, quæ à morte amati-  
tissimi coniugis sui, habitum tertiae Regule S. Francisci religiose in-  
duit, in eoque sanctissimè viuit, atque ut diu viuat, & aeternum vi-  
uat, omnes Belgæ tecum vount.

## S E P T E M B E R.

Tertio Nonas Septemb.

In Monasterio Stabuleto, depositio S. Remaclii  
Episcopi & Confessoris.

3.  
Septem.  
Vide cap.  
34. Apot.  
Spir. fol.  
185.

**M**ulta de hoc S. Episcopo refert Ioan. Chapeau. tom. 1. &  
2. Chronici Episcoporum Leodiensium; quæ apud eum  
vide. Est verò *Stabuleto* (ad quod S. Remaclius solitudi-  
nis amans, Episcopatu abdicato, sponte secessit anno 653.  
vbi & quiescit) Monasterium Ordinis S. Benedicti, à S. Siegerberto  
Franciæ & Austrasiæ rege in Silua Arduenna ædificatum, cui ho-  
die præest Princeps & Episcopus Leodiensis, in cuius diœcesi si-  
tum est.

*Stabuleto.*

Sexto Idus Septemb.

3.  
Septem.

Natiuitas beatissimæ semper Virginis Dei geni-  
tricis Mariæ.

Vide cap.  
11. Apot.  
Spir. fol.  
78.

**M**erito Sanctissimæ huius Virginis Natiuitas, publico festo  
fidelibus solemnis est; ea enim (ut canit Ecclesia) gau-  
dium annuntiauit rniuerso mundo: ex qua ortus est sol iustitia  
Christus Deus noster; qui soluens maledictionem, dedit benedictio-  
nem; & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam. Quantum  
autem ex historijs Ecclesiasticis compertum haberi potest, à Con-  
cilio Ephesini temporibus, in quo execredanda illa Nestorij hære-  
sis

G

sis